

MASS PROPER: JULY 27, ST. PANTALEON, MARTYR

MASS *Lætábitur* (red)

INTROIT Ps. 63, 11

Lætábitur justus in Dómino, et sperábit in eo: et laudabúntur omnes recti corde. Ps.63, 2. Exáudi, Deus, oratióinem meam, cum déprecor: a timóre inimíci éripe ánimam meam. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Lætábitur justus in Dómino, et sperábit in eo: et laudabúntur omnes recti corde.

COLLECT

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut, intercedénte beáto Pantaleone, Mártyre tuo, et a cunctis adversitatibus liberémur in córpore, et a pravis cogitatióibus mundémur in mente. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 2. Tim. 2, 8-10; 3, 10-12

Caríssime: Memor esto, Dóminum Jesum Christum resurrexisse a mórtuis ex sémine David, secúndum Evangélium meum, in quo labóro usque ad víncula, quasi male óperans: sed verbum Dei non est alligátum. Ideo ómnia sustíneo propter eléctos, ut et ipsi salútem consequántur, quæ est in Christo Jesu, cum glória cælésti. Tu autem assecútus es meam doctrínam, institutióinem, propósitum, fidem, longanimitátem, dilectióinem, paciéntiam, persecutiónes, passiónes: quália mihi facta sunt Antiochíæ, Icónii et Lystris: quales perseditiões sustínui, et ex ómnibus erípuit me Dóminus. Et

The just shall rejoice in the Lord, and shall hope in Him: and all the upright in heart shall be praised. Ps. 63, 2. Hear, O God, my prayer when I make supplication to Thee: deliver my soul from the fear of the enemy. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The just shall rejoice in the Lord, and shall hope in Him: and all the upright in heart shall be praised.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that, by the intercession of blessed Pantaleon, Thy martyr, we may be both delivered from all adversities of the body and cleansed from all evil thoughts of the mind. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, be mindful that the Lord Jesus Christ is risen again from the dead, of the seed of David, according to my gospel. Wherein I labor even unto bands, as an evildoer: but the word of God is not bound. Therefore I endure all things for the sake of the elect, that they may also obtain the salvation, which is in Christ Jesus, with heavenly glory. But thou hast fully known my doctrine, manner of life, purpose, faith, long-suffering, love, patience, persecutions, afflictions, such as came upon me at Antioch, at Iconiurn, and at Lystra; what persecutions I endured and out of them all the Lord delivered me. And

omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutióne patiéntur.

GRADUAL Ps. 36, 24

Justus cum ceciderit, non collidétur: quia Dóminus supponit manum suam. Ps 36, 26. Tota die miserétur, et cónmodat: et semen ejus in benedictióne erit.

LESSER ALLELUIA John 8, 12

Allelúja, allelúja. Qui séquitur me, non ámbulat in ténebris: sed habébit lumen vitæ æternæ. Allelúja.

GOSPEL Matt. 10: 26-32

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Nihil est opértum, quod non revelábitur; et occúltum, quod non sciétur. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine: et quod in aure audítis, prædicáte super tecta. Et nolíte timére eos, qui occidunt corpus, ánimam autem non possunt occidere; sed pótius timéte eum, qui potest et ánimam et corpus pérdere in gehénnam. Nonne duo pásseres asse véneunt: et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem capilli cápitis omnes numerári sunt. Nolíte ergo timére: multis passéribus meliôres estis vos. Omnis ergo, qui confitébitur me coram homínibus, confitébor et ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.

OFFERTORY Ps. 20: 4-5

Posuísti, Dómine, in cápite ejus corónam de lápide pretiósio: vitam pétiit a te, et tribuísti ei, allelúja.

SECRET

Accépta sit in conspéctu tuo, Dómine, nostra devótio: et ejus nobis fiat supplicatióne salutáris, pro cujus solemnitate defértur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium

all that will live godly in Jesus Christ shall suffer persecution.

When the just man shall fall, he shall not be bruised: for the Lord putteth His hand under him. Ps 36: 26 He showeth mercy and lendeth all the day long: and his seed shall be in blessing.

Alleluia, alleluia. He that followeth Me walketh not in darkness, but shall have the light of life eternal. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples, Nothing is covered that shall not be revealed; nor hid that shall not be known. That which I tell you in the dark, speak ye in the light; and that which you hear in the ear, preach ye upon the house-tops. And fear ye not them that kill the body, and are not able to kill the soul; but rather fear Him that can destroy both soul and body in hell. Are not two sparrows sold for a farthing, and not one of them shall fall to the ground without your Father. But the very hairs of your head are all numbered. Fear not therefore: better are you than many sparrows. Everyone therefore that shall confess Me before men, I will also confess him before my Father Who is in heaven.

O Lord, Thou hast set on his head a crown of precious stones: he asked life of Thee, and Thou hast given it to him. Alleluia.

May our devotion be acceptable in Thy sight, O Lord, and may it be rendered salutary for us by the prayer of him for whose festival it is offered. Through our Lord Jesus Christ, Thy

tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION John 12: 26

Qui mihi mínistrat, me sequáture: et ubi sum ego, illic et mínister meus erit.

POSTCOMMUNION

Refécti participatióne múnere sacri, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, cujus exséquimur cultum, intercedénte beáto Pantaleone, Mártire tuo, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

If any man minister to Me, let him follow Me; and where I am, there also shall My minister be.

Refreshed by participation in the sacred gift, we beseech Thee, O Lord, our God, that, through the intercession of blessed Pantaleon, Thy martyr, we may ever experience the effect of the worship we perform. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.